



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Heremita.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

stuosi cum monacha. cano. si quis sollicitauerit in glo. 27. quæstione. 1. Vnde decimò, committens laicæ maiestatis crimen. canon. si quis de pœnitent. distinction. 1. Duodecimò, Simoniaci secundum aliquos, quia videntur parres læditibus maiestatem. Tertiodecimò, qui non possunt habere neque in proprio, neq; in communione, vt erant minores. clemen. exiui. de verb. signi. §. cupientes. Hæres quomodo tenetur ad vora defuncti implenda. infra. Vo. tum. §. 24. De generibus. & speciebus substitutionum hæredis. vide Sil. hæreditas. §. 4.

## EREMITA.

<sup>1</sup> E R E M I T A est, qui verè, & purè solitariam vitam eligit, in can. qui verè. 16. quæstion. 1. in glo. & ad prælaturam potest vocari tantum auctoritate Papæ. in c. cùm monasterium. de elect. Et hi non habent determinatę regulam, vel vitam, secundum glof. in dict. ea. qui verè. Nec vita eorum strictior est vita monachorum.

<sup>2</sup> E R E M I T A E qui elegerunt vitam solitariam in spiritu libertatis, habent solenne votum castitatis, non autem obedientiæ, secundum Tho. secunda. quæstion. 186. at. 5. & proprium habere possunt.

<sup>3</sup> E R E M I T A E huiusmodi gaudet priuilegio clericali secundum veriorem opinionem, licet aliqui oppositum dicant. Vide suprà. Excommunicatio. 1. §. 8. dummodo alicui regulæ sint astrixi, vt limitat Arch. vel gaudent hoc priuilegio.

<sup>4</sup> R E L I G I O S I cum licentia suorum prælatorum possunt eligere vitam eremiticam, id est, solitariam: tamen semper sunt religiosi habentes tria vota, nec expedit, quod prælatus tamē licentiam tribuat, nisi valde perfectis, qui aliorum regimine non egent: secundum Thom. secunda secundæ q. 188. a. viti. Periculofissimum enim est habitare solitariæ.

## HÆRESIS.

<sup>5</sup> HÆRESIS crimen infidelitatis est ex tribus constans, scilicet error in his, quæ ad Christianam fidem damnandus est: vt in d.c. cum contumacia.

pertinent, & pertinacia. Aduerte tamē propter hæretici: quorum quædam sunt credenda vt iam ab ecclesia determinata (vt quod spiritus sanctus procedat à patre, & à filio) & in huiusmodi non requiritur alia pertinacia, nisi non credere, quia satis videtur pertinax, qui dictis sacrae scripture, vel determinationi ecclesiæ non acquiescit. Aliqua autem sunt ambigua non dum determinata ab ecclesia, nec clara in sacra scripture, & qui non credit illa, non est hæreticus, nisi sit adeo pertinax, quod etiam si ecclesia hoc detinet minaret, nolle credere. Aduerte secundum, quod licet quis sit tantum mente hæreticus, non est excommunicatus, quia ecclesia non iudicat actum mentis nudum, sed si adiungatur aliquis actus exterior, etiam si sibi tantum loquatur, incidit Cae. ibi concor.

<sup>2</sup> Si quis autem non cederet etiam quæ sunt determinata per concilia, vel sacram scripturam ex ignorantia, vel simplicitate, licet erraret, non tamen esset hæreticus: quia pertinax non est. Requiritur autem, quod sit baptizatus, & aliquid fidei tenet, aliter cerneretur infidelis, vel apostata: secundum Archi. Floren. & omnes huiusmodi sunt excommunicati suprà. Excommunicatio. 9.

<sup>3</sup> S V S P E C T I de hæresi, nisi ad arbitrium Episcopi se purgari, possunt excommunicari. capit. ad abolendam. de hære. & si excommunicationem animo indurato sustinuerint, tunc velut hæretici sunt condemnandi. c. excommunicamus ele. 1. de hære. libr. 6. Si tamen prius specialiter fuerint requisiti ad respondendum de fide, & se de tali suspitione purgent. c. cum contumacia. de hære. libr. 6. Et si pro contumacia in causa hæresis fuit excommunicatus, & per annum sustinuit, pro hæretico habetur: secundum Panor. in cap. fin. de pœni. in glof. & vt hæreticus punitur. d. c. cum contumacia.

Si autē pro alia causa fuit excommunicatus, & per annum sustinuit, non pro hæretico, vel de hæresi conuictore in his, quæ ad Christianam fidem damnandus est: vt in d.c. cum contumacia.

